UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De Introitu, Kyriel., & glo. in ex. c. 17

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

due miſſę vna de Feſto, alia de Feria, ⁊ Vigilia prędictis, abſq; vlla vtrorumque commemoratione. Quādo infra hebdomadā dicitur miſſę Votiuę poſt primam Orationem ſemper dicatur Oratio eius de quo fit officium. Non fit cōmemoratio de Feria Quatuor temporum, pro ferię commemoratione dicitur prima oratio quę concordat cum officio. In faciendis Cōmemorationibus ſeruetur ordo vt in Breuiario, de Dominica ante feſtum ſemiduplex, quod infra octauam celebratur, de feſto ſemiduplici ante Octauam, de Octaua ante Ferias prędictas, de ferijs prędictis ante feſtū ſimplex, de feſto ſimplici ante orōnes votiuas. Si facienda ſit commemoratio pro Defunctis, ſemper ponitur penultimo loco. In alijs Commemorationibus a prędictis ſeruetur dignitas orationum, vt de Spiritu ſancto ante beatā Mariam, de Angelis ante Apoſtolos, ⁊ ſimiliter in alijs. In miſſis defunctorū, nulla fit commemoratio pro Viuis, etiā ſi oratio eſſet communis pro Viuis, ⁊ Defunctis. Quando dicuntur plures orationes, prima tantum, ⁊ vltima cū ſua cōcluſione terminantur, ⁊ ante primam ⁊ ſecundam orationem tantum dicitur, Oremus ante primam dicitur etiam Dn̄s vobiſcum. Cū vero dicuntur plures orationes, ⁊ vna oratio eadem ſit cum alia ibidem dicenda, oratio huiuſmodi, illa ſcilicet quę eadem eſt non alię, commutetur cum alia de Cōi vel Proprio, quę ſit diuerſa.

De introitu, Kyrieeleiſon, ⁊ Gloria in excelſis. Cap. 17.

INtroitus ſemper eodem modo dicitur cum Gloria patri, vt in Ordinario, pręterquam tempore Paſſionis, ⁊ in miſſis defunctorum, vt etiam ibi annotatum eſt. Kyrieeleiſon, dicitur nouies poſt Introitum, alternatim cū miniſtro, ideſt, ter Kyrieeleiſon, ter Chriſteeleiſon ter Kyrieeleiſon. Gloria in excelſis, dicitur quandocūque in Matutino dictus eſt Hymnus, Te Deum pręterquā in miſſa Ferię quintę in cęna Dn̄i ⁊ Sabbati ſancti, in quibus Gloria in excelſis dicitur. In miſſis votiuis non dicitur niſi in miſſa beatę Marię, ⁊ Angelorum: ⁊ niſi miſſa votiua dicenda ſit pro re graui, vel pro publica eccleſię cauſa. Neque etiam dicitur in miſſis Defunctorum.

De Orationibus. Cap. 18.

IN feſtis duplicibus dicitur vnā tantum Oratio niſi facienda ſit aliqua ɔmemoratio, vt dictū eſt ſupra. In feſtis ſemiduplicibus